

INDULGENTIE

PONT. A. VII. XXIII.

Tam docentibus, & adficientibus Methodum Orationis mentalis, quam ipsam Orationem mentalem peragentibus concessa.

Venerabilibus Fratibus Patriarchis, Prælatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, Episcopis & Præfultibus locorum Ordinariis uniuersis gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUEMADMODUM nihil est hominibus a familiari Deo confortio, & consuetudine auulsis, & egestis, ad diuinos hauriendos fulgores, ad æternam salutem procurandam, ad Deum quasi manu facta coeundum, magis opportunum, salutare, ac necessarium Oratio, quæ est ueluti ascensio animæ de terrestribus ad cælestia, inquisitio spemorum, inuisibilem desiderium, conjunctio Spiritui Sancto, & ad Deum locutio, ita, ne desolatione desoleatur uniuersa terra ex eo, quod nullus recogitet corde, omnes & singuli ubique, & semper salutariis præceptis monendi sunt, quod oporteat temper orare, & nunquam desicere; ut in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione, petitionibus nostris innotescantibus apud Deum, ipse qui dives est in omnes uen invocantes, nec nostras abs se deprecationes, nec suas a Nobis amoveant miserationes. Eapropter Prædecessores nostri Romani Pontifices diuina institutione formati, ut Christiani ad orationis, siue Vocalis, siue Mentalis, ut dicitur, illa sit, studium cum alacritate inueidendum, & sine intermissione frequentandum incitauerunt, eosdem tum cohortationibus inflammare, tum cælestium etiam munerum thesauris, quorum dispensationem ipsis crederat Altissimus, allicere studuerunt. Indulgentias enim, peccatorum remissiones, & de iniunctis eis quomodolibet debitis penitentis relaxationes elargiti sunt illis, qui siue uocales preces recitarent, siue per aliquod temporis spatium quotidie in lege Domini meditarentur. Nos autem laudatissimis eorumdem Prædecessorum Nostrorum exemplis incensim, non solum omnes & singulas indulgentias, peccatorum remissiones, & penitentiarum relaxationes, per eosque Nostros Prædecessores pro recitantibus quatenusque uocales preces (dammodo nunquam reuocata fuerint) aut quomodolibet orantibus, quocumque modo siue ad tempus, siue in perpetuum ad hanc usque diem concessas, Apostolica auctoritate, tenore presentium, sub ipsam prorsus modum, ac forma confirmamus, & quatenus opus sit, de nouo concedimus; uerum etiam alias insuper illis præsertim qui mentalis orationis, seu meditationis studio operam dederint, ut infra, impertimur. Primum itaque omnibus, & singulis, siue qui tam in Ecclesiis, quam aliibi, & ubicumque locorum publicæ, & private quocumque homines orandi, seu meditando ritus quomodocumque orare, & meditari docuerint, siue qui pijs orandi, & meditando instituti huiusmodi, ut præmittitur, interfuerint, dummodo uere penitentes, ac Sacra Communionis resecti, qua uice id egerint, septem annos, & totidem quadragenas de iniunctis, seu alias quomodolibet debitis penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. His uero tam docentibus, quam adficientibus: qui assidue præmissa peregerint, ac si militer uere penitentes, ac Sacra Communione resecti, pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pijs ad Deum preces effuderint; semel in mense pro uniuersis quocumque, & arbitrio, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii animabus Christianis, quæ Deo in caritate coniunctæ ab hac luce migraverint, applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Insuper illis, qui per duos quadrantes continuatos, uel saltem per quadrantem horæ singulis diebus, & per totum mensem, orationi mentali dabunt operam, & uere penitentes, & con-

etiam iuramenta roboratis statutis, ac fundatione, erectione, & institutione, privilegijs quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Ecclesiæ Fluminis Ianuarii, illisque Præfati pro tempore existentis, Capitulo, & Canonice, ac quibusvis alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, uel in specie etiam Motu simili, ac etiam consistorialiter, uel alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores eidem presentibus, perinde ac si de uerbo ad uerbum, nihil penitus omisso, hic inserti forent, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, ad præmissorum omnium validissimum effectum hac uice dumtaxat, latissime & plenissime, ac sufficienter, nec non specialiter, & expresse motu simili derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunit.

Fiat Motu proprio P.

ET de diuisione, assignatione, erectione, institutione, subiectione, applicatione, appropriatione, reservatione, concessione, decreto, exemptione, liberatione, derogatione, aliisque præmissis, ut supra, in literis latissime extendendis, & quod præmissorum omnium, & singulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, inuocationum, aliorumque necessarium maior, & ueris specificatio, & expressio fieri possit in literis cum clausula perpetuo, & ad perpetuum rei memoriam separatis, & quoad Prælaturas præfatas per Breue Nostrum, seu Officium minoris gratiæ etiam separatim expediendas. Volumus autem, ac statuimus, & ordinamus, quod respectiue Clerus, & Populus, aliique Incolæ, & Habitatores sub Prælatibus Gosiensi, & Cujabaensi per præfatos erectis huiusmodi comprehensi in his, quæ sunt Ordinis ad præfatum Archiepiscopum Sancti Saluatoris, habitis tamen a suis respectiue Prælatibus Gosiensi, & Cujabaensi huiusmodi ad id literis dimissorialibus, recurrere teneantur: Quodque Prælati Gosiensis, & Cujabaensis præfati ratione personarum suarum dumtaxat uisitationi, correctioni, & superioritati, ac iurisdictioni præfati Archiepiscopi Sancti Saluatoris pro tempore existentis subfint, & a sententijs definitiuis tantum, seu uim definitiuarum habentibus, & quarum gravamen per appellationem a definitiua reparari nequeat per ipsos Prælatos, aut eorum Officiales, pro tempore latas, appellationes ad eundem Archiepiscopum Sancti Saluatoris pro tempore existente interponi, ipsarumque appellationum causas per eum cognosci, decidi, & sine debito, prout iuris fuerint, terminari possint. Præterea etiam volumus, quod taxa præfate Ecclesiæ Fluminis Ianuarii, quæ in libris Camere nostræ Apostolicæ in florentium centum sexdecim cum duobus tertijs descripta existit, fixa, & firma remaneat, quodque taxa tam Ecclesiæ Sancti Pauli, quam Ecclesiæ Mariannensis erectarum huiusmodi unaquæque in similibus florentium centum sexdecim cum duobus tertijs in eisdem libris describatur.

Decreta Pontif.

Fiat P.

Dat. Pont. an. VII. die 6. Decembris 1746.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem VIII. Idus Decembris Anno VII.

PONT. A. VII.

Adhærentio pro exercitio Oratorum in communis

& confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumperint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pijs ad Deum preces pariter effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, quam itidem per modum suffragii animabus Christianis, quæ Deo in caritate coniunctæ ab hac luce migraverint, applicare possint, auctoritate & tenore similibus misericorditer in Domino elargimur. Etiam autem, iuxta diuinum Domini Nostri Jesu Christi præceptum, oportet ut quisquis oraturus, ne ad instar Hypocritarum uideatur ab hominibus, intret cubiculum suum, & clauso ostio oret Cælestem Patrem in abscondito: tamen, cum ipse Dominus dixerit, quod ubi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, & Sanctus Ioannes Chrysostomus prædicat, esse in oratione cum fratribus plus aliquid, uidelicet concordiam, conspirationem, amoris conjunctionem, & caritatis clamorem felici societate, ex quo orationes inferiores se simul complexas, validiores in Cælum uehi: optimum esset, ubi commode fieri posset, ut quemadmodum in nonnullis institutum esse accepimus, ita in omnibus & singulis Diocæsis in more ponetur; nimirum, ut singulis diebus dato certo Campanarum signo, siue in Ecclesijs, dummodo totius populi multitudo unum in locum, ubi oret, masculis seignis seorsim collocatis, conuenire facile possit, & clauso ostio confuso & inordinato, siue in propria Domo Patresfamilias eo, aut alio opportuniore tempore, ante Imaginem Sacram cum tota Familia conuenientes oret. Eapropter Vos, Venerabiles Fratres, rogamus, & in Domino hortamur, ut omnibus & singulis Ecclesijs, priorumque locorum, in Civitatibus quidem Cathedralis, aliarumque præcipuarum Ecclesiarum, in Oppidis uero Parochialium Ecclesiarum Superioribus, ac Rectoribus in iungatis, ut, præmissis Campanæ sonitu iis diebus, iisque horis; quibus uobis opportunus in Domino uisum fuerit, dando decernendoque, omnes Christiani uniuersique curæ commissos, quos in unum conuenire contigerint, in mentalis orationis studio erudire, siue per alios peritos erudiri faciant, atque ad illam frequentandum accedere, necessitatem utilitatemque proponere, Indulgentiarum thesaurus, quos de benignitate Apostolica elargimur, explicare, & ad ipsos ea, quæ decet, pietate, ac reuerentia lucrandos inflammare studeant, & entantur; atque etiam, si commode, ut præmittitur, fieri poterit, orationi mentali in communi prædica, ut dicitur, vacare, in eaque exerceri faciant, & eurent. Presentibus perpetuis futuris temporibus ualitur. Volumus autem, ut eorumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eidem presentibus, si forent exhibitæ, uel ostensa. Interim Apostolicam Benedictionem uobis, Venerabiles Fratres, peramanter impertimur.

Dat. Pontif. anno VII. die 26. Dec. 1746.

Cajotanus Amatus.

XXIV.

SUPER

Congregationibus Generalibus Clericorum Regularium Societatis Jesu.

BENEDICTUS EPISCOPUS;

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEVOTAM majori Dei gloriæ promovendæ, adjuuandæque proximorum salutis Societatem, a Sancto Ignatio Confessore sub Salvatore Nostri JESU nomine auspicioque constitutam, sicuti Ecclesiæ Dei utilissimam operam assidue nauare, ita ex præscripto sapientissimarum Legum, & Constitutionum Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. II.

num ab eodem Beato Institutore ipsi traditarum, a duobus & ultra sæculis feliciter rectissimeque gubernari, compertum habemus. Quapropter libenti animo adducimus, ut, & uniuersæ huiusmodi Societatis commodis, atque utilitatibus amplificandis, & prædictarum Legum, & Constitutionum obseruantia afferenda, siue in pristinum vigorem reuocanda, Apostolicæ auctoritatis Nostræ providentia consulamur.

Dudum siquidem felices recordationis Prædecessor Noster Innocentius Papa X. per quassam suas in for. X. de decretis Congregationis Breuis Literas datas apud Sanctum Petrum die I. Ianuarii Anno Domini MDCXLVI. Pontificatus sui in So. II., quarum initium est: *Prospere felicitate statui*, de cietate Jesu creuit, ac perpetuo mandavit, Congregationem generalem in prædicta Societate Jesu singulo quoque uenno, computando semper a celebratione ultimæ Congregationis generalis, haberi, & celebrari omnino debere; ita quod illis celebratio nullo modo, nec ex quavis causa, siue per Præpositum Generalem pro tempore existentem, siue per quancumque Congregationem particularem, uel generalem, impedi, uel ultra nouennium huiusmodi differri, seu prorogari possit; Præterea, ut quotiescumque haberetur, & celebraretur Congregatio generalis huiusmodi, toties non ea noui Assistentes, ab illis plane diversi, qui præcedente nouennio Assistentium huiusmodi muneribus functi fuissent, eligi, seu assumi, & deputari deberent: Ac demum, ut omnes, & singuli eisdem Societatis Provinciales, Visitatores, Præpositi, Rectores, Superiores Locales, & alii Officiales iurisdictionem, seu superioritatem habentes, quomodolibet nuncupati, excepti, Magistris Novitiorum, in eorum respectiue muneribus, ministerijs, administrationibus, & Officijs prædictis quomodocumque nuncupati per triennium dumtaxat durare deberent; eaque, elapso triennio huiusmodi eo ipso vacarent, & vacare censerentur: Ipsique ad alia quævis eisdem Societatis muneris, superioritates, ministeria, administrationes, & officia prædicta, quomodolibet nuncupati, etiam Vice Provincialis, seu Vice-Præpositi, uel Vice-Rectoris, nullatenus eligi, seu assumi, uel deputari ualere; nisi per annum cum dimidio saltem, a fine dicti triennij computando, a prædictis muneribus, superioritatibus, ministerijs, administrationibus, & officijs cessassent; quemadmodum in præfatis Innocentij Prædecessoris Literis latius disponitur, & continentur.

Cum autem nova hæc methodus tam in generali totius Societatis gubernio, quam in peculiarium munerum, & officiorum administratione, uel huiusmodi Literarum, induda, neque Constitutionibus ipsius Societatis a Sancto Ignatio Fundatore prædicto conditis, & a Romanis Pontificibus Paulo III., Julio III., Gregorio XIII., Gregorio XIV., & Paulo V. Prædecessoribus pariter Nostri approbatis, & confirmatis, consona dignosceretur; neque uero in praxi utiliter observari posse iudicaretur: Ex decreto Congregationis Generalis eisdem Societatis, quæ Anno Domini MDCLXI. habita fuit, delata res est ad diem memoriæ Prædecessorem pariter Nostrum Alexandrum Papam VII., eique humiliter supplicatum fuit pro relatæ Innocentianæ Constitutionis abrogatione.

Cumque idem Alexander, pro eo quod attinet ad triennem Superiorum Locum, & Provincialium durationem, præscriptamque, post exacta respectiue triennia, ab Officijs huiusmodi cessationem, non modo contrarium prædictarum Legum, & Constitutionum tenorem optime respectum haberet; sed etiam experientia edoctum complurium, & grauium incommodorum, quæ ex præfati Innocentiani Breuis obseruantia eidem Societati jam obuenerant, ab aliquibus retro anni eisdem Breuis executionem suspensisset; & quidem per huiusmodi suspensiones pluribus grauibusque periculis, & inconuenientibus occursum esse, magnæque, & multiplices dictæ Societati utilitates obuenisse dignosceret: Haud ægre adductus fuit, ut huiusmodi Innocentij Prædecessoris statutum, & ordinationem de triennali Superiorum, & Officialium prædictorum duratione, & de cessatione unius anni cum dimidio a quocumque huiusmodi superioritatum, & Officialium exercitio, postquam aliquod ex ipsis per triennium quis obtinisset,

Et quod in ea noui Assistentes darentur.

Quodque cetera officia per triennium tantum durarent: Nec quis post dimissum Officium ad eundem annum cum dimidio assumi posset.

Congregatio Generalis Societatis Anno 1661. recitavit ad Alexander VII. pro præmissorum abrogatione.

Alexander VII. Breue Innocentij quod triennalem Officiorum durationem, nec non cessationem ab Officijs exactam recitavit.



ANNŌ 1746.

Set, ipsaque relatas ejusdem Innocentii Literas, quatenus illa concernebant, (firma tamen, & illata in reliquis omnibus eorumdem dispositione,) auctoritate Apostolica revocaret, abrogaret, & annullaret; quemadmodum distinde, & expresse, & cum opportunis clausulis, ac solemnitatibus præstitit per suas in simili forma Literas, quarum initium est: *Debitum Pastoralis Officii*, datas apud Sanctam Mariam Majorem die prima Januarii Anno Domini MDCLXIII., Pontificatus sui Anno Octavo.

Quod autem pertinet ad illud caput earumdem Innocentii Literarum, celebrationem nimirum Congregationis Generalis quolibet novennio, & in ea novorum Assistentium a præcedentibus diverforum electionem, seu deputationem concernens; quam tunc existens prædictæ Societatis Præpositus Generalis Joannes Paulus Oliva, ex Decreto ejusdem Congregationis Generalis Anno MDCLXIII., ut præfertur, celebratae, paucis post annis, recol. mem. Prædecessori quoque Nostro Clementi Papæ IX. plura exposuisset, ex quibus hujusmodi Congregationis Generalis quolibet novennio celebrationem, & supradictis Constitutionibus a Sancto Ignatio editis, atque a Sede Apostolica pluries confirmatis, minime conformem, & ad ipsius Societatis regimen nullatenus necessariam, & pluribus ex causis universæ Societati incommodam, vel potius damnosam existere comprobaret; ideoque pro hujus etiam capituli abrogatione eidem Clementi Prædecessori humiliter supplicasset; ipse tunc quidem ad hujusmodi Præpositi Generalis preces examinandas specialem Congregationem nonnullorum ex tunc existentibus Fratribus suis S. R. E. Cardinalibus deputavit; mox vero, de ejusdem Congregationis sententia, & per Apostolicas Literas sub Annulo Piscatoris apud Sanctam Mariam Majorem die xx. Septembris Anni Domini MDCLXVIII., Pontificatus sui Secundi datis, jussit, atque decrevit, ut ad certius dignoscendum quid circa petitam abrogationem universæ Societatis sentiret, in prima tunc proxima Generali Congregatione, quæ non vigore præfati Brevis, sed ex præscripto Constitutionum ipsius Societatis, celebranda foret, prævia inter Religiosos ipsam Congregationem constituentes matura rei discussione, & consultatione, per secreta postmodum suffragia disquireretur, an bono dictæ Societatis expediens esset, ut terminus Novennalis ad celebrandas Congregationes Generales in allegatis Innocentii Prædecessoris Literis statutis abrogaretur: Utque, hujusmodi discussione peracta, ad ipsum Clementem, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem distinde referretur, quo numero suffragiorum ipsa Congregatio Generalis dicti Novennalis termini vel abrogationem, vel observantiam expetisset, ut, quid circa illum deinde observandum esset; & Apostolicæ Sedis judicio statueretur. Proindeque executionem dictarum Innocentii Prædecessoris Literarum in hac etiam parte interim suspendit, usque ad præfatum Constitutionem Societatis, ut præfertur, tunc primo celebrandam, effectu carere voluit & mandavit, ut in memoratis ipsius Clementis Literis latus & uberius continetur.

subinde Clementi IX. supplicavit, ut Præpositus Generalis hujusmodi Congregationis Brevis quoad celebrationem Congregationis Generalis, & deputationem novorum Assistentium.

Ex voto Congregationis partis Cardinalium Clementis jussit remanere futuram Congregationem Generalem pro resolutione defecti.

Suspensa in hac parte Brevis Innocentii executione.

Congregatio Generalis Societatis Anno 1746. resolutio petendam esse Congregationis Novennalis abrogationem.

Refolatio Congregationis Generalis, juxta præfati Clementis Prædecessoris præscriptum, quarto post die, ut accepimus, a Vicario Generali ipsius Societatis ad venerabilis memorie Inno-

centium Papam XI. Prædecessorem pariter Nostri in Petri Cathedra tunc sedentem delata fuit, eidemque oblato supplici Libello, totius Societatis nomine humiliter supplicatum fuit, pro prædictæ Congregationis Novennalis abrogatione; ad quam concedendam licet Innocentius, ut in actis præfate Congregationis relatum accepimus, suam voluntatem tunc valde propositam declarasset, nihilominus Apostolicæ Literæ desuper concessæ nunquam fuerunt.

Quare quum iterum Anno MDCXCVI. alia Congregatio Generalis ex universa præfata Societate coacta, eandem instantiam pro hujusmodi Congregationis Novennalis abrogatione apud hanc Sanctam Sedem instantandam & promovendam, & quidem unanimitate consensu, cunctisque propemodum suffragiis secreto collectis, decrevisset; Cumque item in postrema Congregatione Generali Anno MDCXXX. habita, postulantibus nonnullis, ut deinceps, adveniente termino novenni ab Innocentio X. pro celebratione Congregationis Generalis statuti, dispensatio ab hujusmodi Congregationis convocatione non peteretur; ipsa Congregatio, re diligentissime examinata, postulatum illud omnino rejecturum esse decreverit; quin etiam quum aliquis Decreto super hac re condito interesset, proindeque de hujusmodi intercessionis vigore per suffragia inquiri opus fuerit, nemine penitus dissentiente factum fuerit, non esse deferendum intercessioni, sed standum Decreto, & abrogationem Congregationis Generalis singulis quibusque Novenni ab Innocentio Prædecessore prædicto statuta, cum primum opportuna tulisset occasio, ab Apostolica Sede postulandam.

Nunc tandem, ut tot Congregationum Generalium Decretis morem gereret præfatus Præpositus Generalis, adeoque universæ Societatis votis satisfaceret, quæ per graviores Religiosos, ejus institutio optime imbutos, etrumque illius usum, & experientia prædictis, iteratis vicibus manifestata fuerunt; iustaque de Nobis, deque Nostra erga se, suamque Societatem, multis nominibus de Catholica Religione optime meritam, paterna proferens voluntate, & benevolentia opinionem fovens; exhibitis Nobis præfatorum omnium authenticis documentis, totius Societatis nomine, demissis precibus apud Nos insistit, ut abrogato demum præfato Innocentii Prædecessoris Statuto, celebrationem Congregationis Generalis ad normam Congregationis Generalis ad normam Constitutionum a Sancto Ignatio Fundatore prædicto editarum, & a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri approbarum reducere, & alias in præmissis providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsius Præpositi Generalis desiderio favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatas existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: Sed & præterea perpendentes, quod Sanctus Ignatius dictæ Sanctæ Societatis Fundator, in Constitutionibus ipsius Societatis, quum declarasset minime expediens sibi videri, ut hujusmodi Generales totius Societatis Congregationes certis temporibus, aut crebro fierent; quoniam Præpositus Generalis adjunctus communicatione, quam cum universa Societate habet, & eorum opera, qui cum ipso degunt, hoc laboris & distractionis universæ Societatis, quantum fieri posset, adempturus esset; statuit expresse, quod Præpositus Generalis non deberet frequententer Societatem congregare, nisi urgente rerum agendarum necessitate; sed in Congregationibus Generalibus ad electionem Præpositi pro tempore convocandis, post hujusmodi electionem expletam, de rebus aliis gravioribus, si quæ fuerint, quæ a Generali, & his, qui cum ipso agunt, decidi nequeunt, commode tractari posse; Quoque insuper ad memoratam communicationem inter Præpositum Generalem, universamque Societatem, apte stabilendam, idem Sanctus Pater, secundum datam sibi sapientiam, constituit, ut præter assiduum Literarum commercium, ex singulis Provinciis unus saltem, a Professis & rectoribus earumdem Provinciarum electus, tertio quoque anno, ex Indiis autem quarto, ad ipsum Præpositum Generalem multis de rebus certiorum faciendum conven-

irent.

PONT. A.VII. Proprietas hujus resolutionis ostendit: sed a Pontificæ Literæ non emanant.

Anno 1696. Congregatio Generalis resolutio petendam esse Congregationis Novennalis abrogationem.

Idem alia Congregatio Anno 1739.

Modernus Præpositus Generalis supplicat Pontifici pro prædicta abrogatione.

incipit de ipsius.

Pontificæ expeditæ S. Ignatii Constitutiones & Statuta.

VIXX

Que vero ad præsentem electionem termino triennalis Officiorum quam abrogationem jam factam censuerat.

PONT. A.VII.

nire deberet; aliasque rationes præscripsit, quibus malita, sine Congregatione totius Societatis, opportune constituit, & expedire valeret. Cumque per ea, quæ in secunda Congregatione Generali ejusdem Societatis Anno Domini MDLXXXIII., præfata in ea Sancto Francisco Borgia tunc Præposito Generali, in ipsa Congregatione electo, decreta fuerint, præcipuum munus hujusmodi Procuratorum a singulis Provinciis deputatorum; qui tertio quoque anno apud Præpositum Generalem, ut præfertur, congregari juberent, sit & esse debeat, ut, considerato rerum ipsius Societatis statu, simul cum Assistentibus, & ipso Generali, qui duo suffragia habet, per secreta suffragia decernant, an cogi debeat Congregatio Generalis, nec ne; ideoque judicantes præfixionem illam novennalis termini ad celebrandas Congregationes Generales minime necessariam esse, vel, si ita ipsius Societatis res ferent, facile posse, de ejusdem Societatis consensu, per Provinciarum Procuratores singulis triennibus convenientes rite representato, & vigore illius Constitutionum, Generalem ipsam Congregationem convocari.

Iusta præterea lance æstimantes ea quæ jam pridem, de Congregationis Generalis sententia, præfato Prædecessori Nostro Clementi Papæ IX. expostita fuerunt, nimirum de ingentibus sumptibus, quos fieri necesse sit in convocanda quolibet novennio, & quidem sine necessitate, hujusmodi Congregatione Generali; deque frequentibus vitæ periculis, quibus exponuntur primarii Religiosi omnium Provinciarum ejusdem Societatis, & quæ plerumque senes, & quorum aliqui sublati naufragio, alii extincti febribus in itinere, alii in captivitate ab hostibus adducti esse memorantur; quibus incommodis adjungitur relaxata disciplina Religiosæ in Provinciis, dum inde abfunt Provinciales, vel alii præcipui Religiosi, qui præfentes conservando illius vigori invigilarent.

His igitur, aliisque de causis, ob quas etiam non semel Prædecessoribus Nostri Romanis Pontificibus opportunum vel potius necessarium visum est relatæ Novennalis Constitutionis observantiam & executionem ad tempus suspendere, & ab ea dispensare, vel præfixionem in ea novennalem terminum prorogare; quæ præferti id etiam prævidendum censuimus, ne quando, adveniente forsitan præfati novenni, aut concessæ protogationis termino, dum Apostolica Sedes pro obitu Romani Pontificis vacaverit, hujusmodi Congregationis Generalis convocatio, (nulla licet urgente necessitate, vel etiam aliqua ex præmissis, aliave qualibet etiam graviore causa contrarium suadente,) nullo modo valeat declinari. Quumque de universæ Societatis hac de re unanimitate sententia, ab eodem Clemente Prædecessore expedita, factis ex præmissis constituisse & constare videatur; nec quidpiam aliquis momenti in contrarium Nobis exhibitum fuerit, ipsius Clementis, atque etiam præfati Alexandrini, aliorumque Prædecessorum vestigiis inherentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memorati Innocentii Prædecessoris statutum, mandatum, præceptum, & ordinationem, ut Congregatio Generalis in prædicta Societate singulo quoque novennio, computando semper a celebratione ultimæ Congregationis Generalis, haberi debeat, & celebrari, & ut, quotiescumque habebitur, & celebrabitur Congregatio Generalis hujusmodi, toties novi Assistentes, ab illis diversis, qui præcedente novennio Assistentium hujusmodi muneribus functi fuerint, eligi, seu assumi, & deputari debeant, easdemque Innocentii Prædecessoris Literas, quatenus illa concernunt, tenore præsentium, perpetuo revocamus, abrogamus, irritamus, & annullamus; atque etiam earundem Literarum abrogationem in ea parte, quæ ad triennale munerum & officiorum exercitium, & consequentem a muneribus & officiis hujusmodi cessationem pertinebat, a præfato Alexandro Prædecessore ut supra diximus, factam atque sancitam, earundem præsentium serie, quatenus opus sit, confirmantes & innovantes; ipsas Innocentii præfati Literas in omnibus & per omnia cassamus & abolemus, ac veluti nunquam emanassent, quibuscumque viribus & quolibet effectu penitus & omnino vacuumque; & Congregationum Generalium in prædicta Societate convocationes atque celebrationes ad normam prædictarum Constitutionum a S. Ignatio conditarum reducimus; quas qui-

Item incommoda ex frequentibus Congregationum Generalium convocatione obvenientes.

Ac dispensationes concessas, & concedendas.

Ex Motu proprio dicti Innocentii Brevis, quoad executionem Congregationis Generalis hujusmodi in singulis atheniensibus, revocata & annullata.

dem Constitutiones præfati, alique Prædecessores Nostri Romani Pontifices laudaverunt, approbarunt, & confirmaverunt; Nosque etiam plurimum in Domino commendantes, perpetuis futuris temporibus observari volumus atque precipimus: Salvis nihilominus & firmis remanentibus aliis quibusdam Decretis, quæ deinceps ab universa Societate in Congregationibus Generalibus adunata, quoad electionem & missionem Procuratorum, præferti ex Provinciis Indiæ, aliisque transmarinis & extra Europam constitutis, & quoad universam Congregationum Provinciarum rationem pro rerum atque locorum opportunitate ac necessitate, statuta fuerint, aut in posterum rite statuentur.

Decernentes easdem præfatas Literas, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad illa vocati, citati, & audit non fuerint, nec illis consenserint, aut ex alia quacumque causa, occasione, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam substantiali, & individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, redargui, rescindi, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliove quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & postestatis plenitudine paribus concessis, quæ in iudicio, vel extra illud uti, seu fe jurare posse: sed ipsas præfatas Literas semper & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis censeat, atque ita, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos; etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros; sublata eis & eorum cuilibet quavis altere iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum & inane, si fecus super his a quorum quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus superius relatis Innocentii Prædecessoris prædicti Literis, nec non omnibus & singulis illis, quæ memoratus Alexander itidem Prædecessor Noster præfatus in suis Literis prædictis voluit non obflare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volamus autem, ut earundem præfati Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis subscriptis, & Sigillo Præpositi; vel Vicarii Generalis ejusdem Societatis, aut alicujus personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem profus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præfatis ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ abolitionis, revocationis, abrogationis, irritationis, annulationis, cassationis, abolitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadagesimo sexto, sextodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno VII.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

Joannes Florius Substitutus.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

Loco + Plumbi.

L. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

ANNŌ 1747.

Act. rediit Congregationum Generalium celebrationes ad normam Constitutionum Sancti Fundatoris.

Clausula.

Derogatio contrariis.

Fides præfata tractatus sumptis.

Sanctio penal.

Dat. Pont. an. vii. die 17. Dec. 1746.



ANNO 1747. XXV.

78 BENEDICTI XIV.

DE LIBERO INGRESSU

Clericorum Sæcularium in Ordines Regulares.

Dilecto Filio Nostro Angelo Maria Tit. S. Praxedis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Quirino nuncupato ejusdem S. R. E. Bibliothecario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EX quo Dilectus Filius Leander Chizzola Archidiaconus Ecclesiæ tuæ Cathedralis Brixientis, ex improposito illic digressus, Bononiam se contulit, ibique habitum suscepit Clerici Regularis Societatis Jesu; statim a Te, Dilecte Fili Noster, data fuerunt ad Nos Literæ, quibus quærebatur, eum tanti momenti consilium, Te inconsulto, cepisse, Teque penitus infcio, ad exitum deduxisse; non sine magno detrimento pauperum istius Civitatis atque Diocesis, quibus largitur subvenire, multorumque piorum operum, quibus se jugiter exercere consueverat; suorum quoque Nepotum in minori ætate constitutorum, quorum curæ, atque educationi præesse debebat, ac sine spe quidquam utiliter peragendi in ipsa Societate Jesu, cui jam prope septuagenarius nomen dederat. Hæc eadem, quum ipse proximo Autumno in Urbem advenisset, Nobis coram inculcare non omisit; deque ipsam nuper in Epistola Nobis directæ, ac Typis vulgata, iterum exposulasti; petens præterea, Nosque excitans, ut auctoritatis Nostræ opem, certaque lege proposita, hujusmodi licentiam reprimamus, qua Sæculares Clerici atque Presbyteri ad Regularium Claustra, quamlibet, se conferentes, a Regularibus Superioribus illico recipiantur; quod sane non aliter fieri debere autumas, quam communis cæntis cum Episcopis ipsorum Clericorum seu Presbyterorum Ordinariis; in quibus ipsi Episcopi nunquam Regularibus Viris Ordines conferant, sine Prælatorum Regularium consensu, in eorum Literis Dimissorialibus declarato.

Dux sunt res in hoc universo negotio expendendæ; peculiare scilicet factum Leandri Archidiaconi; & generale constitutum, quod a Nobis fieri & publicari velles. Ad primum quod attinet, aptiorem querelis Tuis responsionem comparare non possumus, quam si eadem ipsa Tibi rescribamus, quæ olim Sanctus Gregorius Magnus Prædecessor Noster Desiderio Episcopo Viennensi in Gallia in simili profus casu rescripsit. Quum enim Paneratio Noster Desiderio Viennensis Diacono Monasticam vitam amplexus esset, & in eodem Diaconi gradu in Monasterio dederet; Episcopus autem Paneratio diligens magnique faciens, ipsum e Monasterio abducere, & ad Ecclesiæ servitiu trahere vellet; Sanctus Gregorius, cujus opem Paneratio imploraverat, scripsit ad Desiderium, ut ipsum potius hortaretur, ne a Monasterio discederet, neve se iterum sæculari procellis committeret. Habes Gregorii Epistolam Tom. II. ipsius Operum anno MDCCV. a Monachis Sancti Mauri accurate editorum, Epistola 35. lib. 12. Indiæ. 7. ubi ita scribit: Hortamur igitur, ut tam prompte devotioni ejus, quam in sancto studet habere proposito, minime vestra sit impedimento Fratervitas: magis autem, quibus valetis adhortationibus, Pastoralis admonitione succedente, ut fervor hujus desiderii in eo non tepescat; ut qui a turbulento curarum sæcularium tumultu segregans, quietis desiderio, portum Monasterii appetit, rursus in Ecclesiasticarum curarum non debeat perturbacionibus implicari; sed in Dei laudibus permittatur securus ab his onibus, ut possit, remanere.

Quod quidem Gregorius rescribere non dubitavit; quamvis Paneratio, in Clericatus officio Ecclesiæ Viennensi, ut ipse ait, mancipatus existeret, ipsius nempo servitiu respta addidit; quamvis etiam eo tempore hujusmodi disciplina vigeret, de qua late Thomassinus agit, de Beneficiis par. II. lib. 1. cap. 3. & 4., ut Clericus Episcopo ordinanti per omnia subesset, ejusque Ecclesiæ ministerio, cui in Ordinatione adscriptus fuisset, perpetuo jure devinctus haberetur. Quamvis

denique idem Sanctus Gregorius optime nosset, nemini licere ab hujusmodi ministerio Ecclesiæ, cui semel adductus fuisset, discedere, sine permisso Episcopi, a quo quis ordinatus, ejusque Ecclesiæ servitiu in Ordinatione fuerat adscriptus: unde in alia Epistola, quæ est XVII. lib. 5. Indiæ. XIII., quum ageret de electione Joannis Archidiaconi Catanensis ad Episcopalem Cathedralam Syracusanam, inter alia, requirebat ut Leonis Episcopi Catanensis consensus accederet; Quod si factum fuerit, etiam Frater & Coepiscopus Noster Leo ejus cessionem facere debebit, ut liber ad ordinandum possit inveniri; ad quæ verba Editores ita observant in Notis; Tam erant Clerici sue Ecclesiæ additi, ut ne eos quidem in Episcopos alterius Ecclesiæ fas esset eligere, nisi missione obtenta, sive, ut vocat, cessione.

Non itaque dubitamus, quin Tu cum Archidiacono tuo eadem plane ratione agendum sibi esse dicas, qua Episcopum Viennensem cum Diacono suo Paneratio agere, Sanctus Gregorius optavit; tum quia animi tui perfecta magnitudo hoc Nobis fœdet; tum quia in ea Epistola, quam publici juris fecisti, postquam prædixisti Archidiaconi in Sæculari Presbyteri statu eximiam operam discretissime, ut soles omnia, demonstrasti, circa finem deinde addis: Te habere causas, cur alio finas eundem in Claustro, ad que discessit, militare.

Unum tamen, quod Tibi præsentem antea diximus, nunc etiam scripto iterandum censemus; non scilicet debite erga Te observantia defectu tribuendum esse, quod prædictus Archidiaconus tuus, ante discessum, opportunam abs Te veniam minime requisivit; sed potius metui reverentialis, quem vocant, ac desiderio propositi sui respta exequendi, justoque timori, non forte ab ejus implemento revocaretur. Qua ratione bot mem: Ardicens Cardinalis de Porta in quadam Epistola ad Prædecessorem Nostum Innocentium Papam VII. conscripta, sum factum excusat, quod scilicet ad Fremiticam vitam inter Camaldulenses profectum conferre se volens, Cardinalatus habitum exutus, clanculo ex Urbe se subduxerit. Quum enim, Pontificis venia opportune obtenta, minime necessarium sibi putaret assensum Collegii S. R. E. Cardinalium; consilium vero suum, ne interveniri posset, necessario occultandum esse cognovisset; delato deinde ad ipsum murmure eorum, qui ipsius factum reprehendebant, ita scripsit ad Pontificem, in præcitata Epistola: Quod autem, dimisso Cardinalatus habitu, dissimulata veste, me itineri commiserim, non opinor propterea me notam ullam apud graves, & prudentes Viros contrahere potuisse. Nam cum vellem, quod hæc feceram, secretissimum esse, idque fratri mihi fidissimo occultissem, existimavi satius etiam in dissimulato habitu inter ignotos, quam cum vero habitu incidere, & propterea a pena & a culpa, & ab omni alia nota me immunem esse existimo. Hæc Epistola refertur in ejus vita edita ab Attichy in Libro, cui titulus: Flores Historiæ Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium.

Atque hæc de prima quæstionis parte. Quod vero ad Alteram attinet, ad generalem scilicet Legem, quam pro similibus casibus a Nobis constitui postulas; hoc Tibi respondere posse arbitramur, satis huic rel. in Ecclesiasticis Canonibus provisum esse. In Concilio Toletano IV. anno DCXXXIII. sub Sancto Isidoro celebrato, Canon 50. ita legitur: Clerici, qui Monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopo in Monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdicti propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur. Textus habetur in Collectione Conciliorum Hispaniæ Cardinalis de Aguirre Tomo II. pag. 487., & refertur etiam in Decreto Gratiani Can. Clerici 19. quæst. 1. Quin immo in eadem causa 19. quæst. 2. Can. alienum, postquam regula posita est, quod Clericus absque permisso Episcopi ab Ecclesiæ sua discedere, & alterius servitiu se adjungere nequit; hujusmodi exceptio subnectitur: Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vite transire voluerit; tunc enim liberum est illi, etiam Episcopo contradicente, Monasterium ingredi. Concordat Canon sequenti loco relatus, qui incipit Dux sunt; in quo distinctio fit inter Legem publicam, & privatam; & posito, quod publica quidem Lex vetat Clericum ab una ad aliam Ecclesiæ transire sine assensu proprii Episcopi; privata vero Lex, quæ instinctu Sancti Spi-

PONT. A. VII.

Respondet secunde circa legem generalem constitutam.

De jure liberum est Clericis transire ad Claustra, etiam absque licentia Episcopi.

BULLARIUM.

ANNO 1746.

A. VII. ANNO Spiritus in corde scribitur, & dignior est Lege publica; nequaquam id prohibet; ex hujusmodi principio arguitur, licere Clerico Beneficiato, etiam contradicente Episcopo, Beneficiu relinquere, & in Monasterium sese recipere: Si quis horum in Ecclesiæ sua sub Episcopo populum retinet, & seculariter vivit, si ad hunc Spiritu Sancto, in aliquo Monasterio vel Regulari Canonice servare se voluerit, quia Lex privata dicitur, nulla ratio exigit, ut Lex publica obstringatur; dignior est enim Lex privata, quam publica &c. Quisquis igitur hoc Spiritu dicitur, etiam Episcopo suo contradicente, eat liber nostræ auctoritate.

S. Thomas 2. 2. qu. 189. art. 7. quæstionem proponit, utrum Presbyteri Curati possint licite Religionem ingredi; eamque affirmative resolvit; ea ratione ductus quod nulla lege obligantur toto vite tempore curam animarum sustinere. Articulum vero ita concludit, facta de Archidiaconis expressa mentione: Unde manifestum est, quod Archidiaconi & Presbyteri Curati licet ad Religionem transire; & paulo infra: Dicendum, quod Presbyteri Curati & Archidiaconi obligaverunt se ad curam agendam Subditorum, quando detinent Archidiaconatum, vel Parochiam; non autem obligaverunt se ad hoc, quod perpetuo Archidiaconatum, vel Parochiam retineant. Hæc a S. Antonio sua Summa par. 3. tit. 16. cap. 2. §. 2. in Editione Veronensi pag. 881., ubi præterea addit, Episcopi dissentium minime obstat: Archidiaconis, Presbyteris, Curatis, licet ad Religionem transire, etiam Episcopo contradicente. Quæ verba similiter leguntur apud Sylvium 2. 2. quæst. 189. art. 7. in postrema ejus Editione Antwerpia facta, Tom. III. pag. 945.

Et quoniam alicui in mentem venire poterat, hujusmodi libertatem transgredi ad Claustra, quæ sæcularibus Presbyteris a Canonibus conceditur, locum habere duntaxat pro Claustri Monachorum, de quibus ipsi Canones expresse loquuntur; idem Sylvius, loco citato, asinit, eam facultatem æque competere, sive de Instituto agatur contemplativa vite nunc debito, sive de eo, in quo vita adive opera exerceantur. Possunt Religionem etiam illam ingredi, quæ in vita more contemplativa, aut potissimum in corporalibus vite adive officis sit occupata, quoniam plus excedit status religionis cujuscumque, statum seu potius officium Archidiaconi vel Presbyteri, quam status aliorum Religionum, statum cujuscumque infime; propter solemniam nimirum Vota Castitatis, Paupertatis, & Obediencie, quæ in unaquaque Religione emittuntur.

At incidunt sæpe tempora, quibus opportunum non est, Clericum sæculares suam locum deserere, & in Religiosis Claustris se abdere: quæ de re nisi consultato intercedat inter Episcopum & Superiorem Regularem, impossibile erit quid expediat agnoscere. Durum autem omnino est, Virum Ecclesiasticum, qui, in suscipiendo Presbyterii Ordine, conceptis verbis, Episcopo suo reverentiam & obedienciam spondit, quous ipsi liberent, Episcopo inconsulto atque infcio, ad Regularia Claustra discedere, ac Regularis Institutu servitiu perpetuo se mancipare. Super quibus omnibus inter se junctis, certam aliquam regulam tradi, & generalem Legem a Nobis promulgari opus esse contendis.

Equidem fatemur, non omni tempore omnibus opportunum esse Regularem vitam amplexi. Meminimus Epistolæ S. Augustini ad Bonificium Comitem, quæ in Editione Monachorum Sancti Mauri impressa est num. 22a. Tom. II. pag. 202., & cuius etiam pars refertur in Can. Novimus 17. quæst. 2. ubi nimirum Sanctus Doctor testatur, se, una cum Alypio, ipsum Bonificium a Monasticæ vite proposito dissuasisse, ob præclarum, quam, in sæculo manens, Ecclesiæ & Republicæ navabat operam; dum Africanam a Barbarorum incursionibus tuebatur: Ut autem non saceres, quid te revocavit, nisi quia considerasti, ostenduntibus nobis, quantum proficere Christi Ecclesiæ quod agebas, si ea longa intentione ageres, ut desense ab infestationibus barbarorum, quietam & tranquillam vitam ageres? Vidimus etiam apud S. Thomam 2. 2. quæst. 101. art. 4. & quæst. 189. art. 6., quæstionem hanc solidis rationibus examinari, utrum possit Filius Religionem ingredi, & Parentes in sæculo relinquere, si ab ipso deserti, inopia sint laboraturi. Ulterius inquirunt Moralitæ, an idem

Soffensio D. Thomæ concordat etiam in terminis fortioribus.

Et S. Antonino.

Extensio facultatis ad Ordines vitæ activæ.

De limitacione beneficiorum.

Numeratione casus, qui obliuere videntur.

dicendum sit de Avo; & an id, quod de Ascendens tibus statuitur, locum habeat etiam quoad Filios, Fratres, & Nepotes; & quatenus illius ope, qui Religionem vult ingredi, prædicti omnes indigere debeant.

De reverentia quoque & obediencia, quam non modo Sacerdos, sed quilibet etiam Clericus, proprio Episcopo præstare debet, justam profecto opinionem loquens. De hujusmodi obediencia agitur in Can. cum Clerici de verb. signifi. ubi Innocentius Papa III. exponens formam juramenti, quod a Clericis Ecclesiæ Placentinæ præstatur, in hæc verba conceptum: Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens Placentinæ Ecclesiæ, & Domino meo Episcopo Placentino; docet, per Ecclesiæ Placentinæ vocabulum intelligi Capitulum Ecclesiæ Cathedralis; eum vero, qui præstat hujusmodi juramentum, Episcopo tamquam capiti principaliter obligari. Neque porro Nos pro nuda inaniquæ formula habendam esse putamus solemnem illam obedienciam, & reverentiam sponcionem, quam Presbyter facit in manibus Episcopi ordinantis, juxta vetustissimum Ecclesiæ morem, ante mille annos indubitanter servatum; ut ex antiquis Ritualibus colligitur, quæ expendit Catalanus ad Pontificale Romanum Tom. 1. pag. 149 in notis ad §. 29. Quin immo libenter agnoscamus, Presbyterum, hujusmodi promissionis vigore, ea lege, inter alias, adstrictum teneri, ut a servitiu Ecclesiæ, cui in ordinatione adductus fuerit, discedere nequeat sine licentia Episcopi; id quod optimis rationibus demonstrat Hallier de Sac. elect. & Ordin. par. 1. sect. 6. §. 14. Editionis Romanæ, ubi doctè graviterque refellit auctorem ejusdem libelli Gallico sermone editi, qui hujusmodi reverentiam, & obedienciam Episcopo in Ordinatione promissam angustis nimirum limitibus coercere tentaverit.

Verumtamen, his omnibus non obstantibus, iterum dicimus, novam generalem Legem hæc de re minime necessariam Nobis videri; vel quia in Ecclesiasticis sanctionibus, quodcumque necessarium est, satis constitutum habemus; vel quia, si quid adhuc ordinandum superest, id pro generali Constitutionis subiecto haberi non potest. Tria siquidem sunt, quæ in hujusmodi casibus considerari possunt: primum videlicet, an Presbyter ab Ecclesiæ servitiu ad Regularia Claustra transire, permissionem ab Episcopo petere debeat, Secundum, quid ipsi faciendum sit, si Episcopus dissentiat: Tertium, quid statuendum sit de Parochia, seu Canonice, aut Archidiaconatu, quem Presbyter obtinebat. Verum hæc omnia jam Sacri Canonis considerantur, atque opportuna pro singulis capitibus regulas præscripserunt.

Quod enim pertinet ad Episcopi permillum; nemo dubitat, quin Presbyter, Ecclesiæ regimen, aut ministerium dimissurus, ante omnia debeat Episcopo consilium suum, ejusque capiendi rationes, quantum earum natura fert, aperire. In quo non tam officio & honestati, quam naturalis legis præcepto satisfaciatur. Quum enim Presbyteri, in animarum cura, aliisque gravibus muneribus ad Pastoralis regimini spectantibus, Episcopi Ministri sint; ita cum eo se gerere debent, ut is animarum, quæ ipsi regerant, & negotiorum, quæ administrabant, necessitatibus opportune consulere valeat. De quo re loquitur Passerinus, licet Ordinis Regularis scriptor, de status homini Tom. III. quæst. 189. art. 7. num. S. Minister, qui habet custodiam rerum, & bonorum Domini sui, quæ absente custode perire possunt, non ex pura decencia, sed ex debito officii sui, tenetur bona sibi commissa Domino reddere, & illam monere, ut de alio custode provideat; & si hoc non faciat, puniri potest. Cum ergo Parochus sit Episcopi minister in cura animarum, si deserat animas sibi commissas, inconsulto Episcopo, non minus peccat, quam si Minister Pastoris, Ovium Domino, ac Pastore non admonito, gregem errantem sine custode dimiserit; cum his, quæ sequuntur.

Hæc autem permillum vel ab Episcopo conceditur, vel negatur. Si concedatur, jam controversæ locus non erit. Sin vero denegetur, hujusmodi dissentus; ex auctoritatibus superius citatis, Presbyterum non adstringet, quominus Religionem ingredi valeat. Neque id mirum videri debet. Si enim Presbyter Episcopo reverentiam & obedienciam in sua Ordina-

Pontif. tam novam legem non oportere.

Et distinctio casus in hac re æque in iure constitutus.